

num captiosum ad proprium suum & peculiare domicilium referre. *Bertius l. 6. c. 11. p. 313. Molinaus Logic. p. 287. Rhenius log. p. 798.*

Canon Sophisticus.

Ut hic decipiatur adversarius, leges contradictionis callidè & occultè negligi debent.

Solutio.

Solutio fit negatione & distinctione. Considerandæ sunt notæ veræ contradictionis & ex illis demonstrandum est, non probasse Adversarium Conclusionem contradicentem thesi, quod utraq; diverso respectu vera sit, ut: *Homo est mortalis secundum corpus, & immortalis secundum animam: E homo simul mortalis est & immortalis.* Resp. esse ἐτεροζήτησις. Opposita non sunt mortale & immortale: quia non sumuntur κατ' αὐτὸ sive secundum easdem partes.

CAPUT XIII.

Elenchus extra dictionem in Interrogando consistens, est quum vitiosè aliquid interrogatur, & dicitur Elenchus

Ν 5

ωολυ